UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Disputatio || excellentium. D. doctoru[m] Iohannis Eccij & || Andre[a]e Carolostadij q[uae] cepta est Lipsi[a]e || XXVII. Iunij. An. M.D.XIX.

Eck, Johannes
Karlstadt, Andreas

[Erfurt], 1519

VD16 E 320

Carolostadius.

urn:nbn:de:hbz:466:1-32477

Visual Library

in qua ſed diſpiciamus que adducit.

¶ Primo Auguſt: in 32. c. Enchiri: in nullo nobis reluctat. Nam totiens iam inculcauimꝰ ſctõs pres quũ dicãt totũ opus bonũ fieri a deo nõ ꝑ hoc negare libe: arbi: concurſum. ſed dei et gratie principalitatẽ aſſerere. quod ipſa verba Auguſtini adducta liquido cõprobant. Inquit em̃ ꝑparat adiuuandã et preparatã adiuuat. Nam adiutorij noĩe actiuitatẽ libe: arbi: exprimit vt tractatu. 4. ſuꝑ ep̃la Johan: iam pridem allegata declarat. Si dicis inquit adiutor meꝰ eſto aliquid agis ſi nihil agis. quõ ille adiuuat Porro ꝗd ap̃lm induxit deum opari in nobis velle et operari. ſi me non fallit memoria Ap̃lus habet. Qui opatur in nobis velle et ꝑficere ꝓ bona voluntate. Utcumq̃ ſit aſſentior facillime deum operari in nobis velle. ſed nobiſcum vt Bernhardus dicit.

¶ Qđ ſcđo loco beatũ inducit Auguſt: ex. 1. retracta: c. 23. ꝙ bonum opus ſit tanq̃ munuſculũ datũ a deo' Dico oportere ꝑpẽdere de qua ſubiecta materia loquant authores loquit em̃ ibi Auguſt: de fide et chari: ad que ipſa volũtas indubio habet ſe tm̃ paſſiue. Aliud aũt eſt loqui de bono ope. Nec̃ ſubſequẽtia negamus. voluntatẽ non poſſe in bonũ opus niſi vocetur. ꝙ omnẽ actionẽ voluntatis bonã deus ſua motione ꝑueniat. Nec hoc negamus quin deus ꝑbeat vires. ſed ſi prebet vtiq̃ voluntas haberet illas. Quare oramus deum. vt bona opa noſtra aſpirando ꝑueniat et adiuuando ꝓſequatur.

¶ Ad Grego: nõ diſſimilit̃ dicimꝰ qui tã ſepe in libris Moraliũ libertatẽ volũtatis tollit. Nihil em̃ agere poſſumꝰ qđ deo placeat. Deo nõ adiuuãte. qui cũ grãm gratis det. alioquin gratia non eſſet. iuxta Ap̃lm. opus bonum ab illa ꝑcedens optimo iure. donum dicit̃ dei. et meritũ noſtrũ. iuxta illud Auguſtini ad Sixtũ ꝑ̃bi. cũ deꝰ coronat merita nr̃a. nihil aliud coronat q̃ munera ſua.

¶ De Cyrillo et quotquot alijs qui adduci poſſũt nihil eſt qđ allatũ negemus Non em̃ poſſunt hoĩes facere que placeant deo. niſi induant̃ ſuꝑiori virtute. ſicut dñs Jheſus Ap̃los admonebat. vt ſederent in ciuitate donec induerent̃ virtute ex alto. Uirtus inq̃ habitus eſt et gratia. vbi voluntatis eſt recipere. nacta vero virtute. eius quoq̃ eſt opari. Et de iiſdem virtutibus ſcriptura loquitur apud Ezechie:

Caroloſtadius.

¶ Gratiam ago dño doctori qui hanc cõcedit ꝙ bona opa ſunt dona dei et ꝙ deus ſua dona coronat. Qđ aũt mihi repugnantiã obijcit ad ꝑcedentia et ſequentia remitto. et quero quã actiuitatẽ habeat ferula vel baculus quo pedagogus cedit adoleſcentulũ data reſponſione ꝓgrediemur.

Eckius.

¶ Querit clariſſ: d. d. quã habeat actiuitatẽ ferula vel baculus qua Pedagogus verberat diſcipulum Rñdeo cum ſuo modo om̃is cauſa ſcđa poſſit dici et inſtrumẽtalis. neceſſariũ eſt diuerſa eſſe genera inſtrumentoꝝ. Nã aliq̃ñ cauſa inſtrumentalis natiua ſeu genuina vi et virtute. aliq̃ñ cõmunicata vtit̃ ꝑ̃tãte. tenuiſſimus vero inſtrumenti modus eſt cũ inſtrumentũ ſolũmodo agit vt directũ. ſiue hoc fiat per cuiuſdã impetus impreſſionẽ aut ſolũ virtute lationis. Quo ſic prelocuto rñdeo ꝓpoſite queſtioni ſatis captioſe baculũ habere actiuitatẽ inquantũ a manu ipſiꝰ mgr̃i dirigit̃. Cuiꝰ iprobationẽ audire patꝰ ſum Ariſtoteles adeſt dixit Carolo:

Caroloſtadius.

¶ Quidquid ſit de diſtinctiõe Egregij. d. docto. hoc dicit Eſaias. qđ quẽadmodũ inſtrumenta mota nihil poſſunt dicere ſuis motoribꝰ. ita nec hõ actus ſpũſancto poteſt ſibi quidq̃ arrogare illiꝰ motionis vel actionis. mõ Eſaias c. 10. ſic inquit. Nunquid gloriabit̃ ſecuris cõtra eum qui ſecat in ea et exaltabitur ſerra contra eum a quo trahitur? Et baculus contra eũ a quo mouetur. Ergo etiã libe: arbi: qđ compatur illiuſmodi inſtrumentis. non poteſt dicere.

E